



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quòd Christus sit Dominus noster.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

solus ipse est naturalis filius Dei: Nos quidem per fidem efficimur filii Dei, I^oan. 1. scilicet adoptui. At Christus est natura filius Dei, inquit Augustinus, sic quoque damnantur Arriani negantes Christi diuinitatem: Primus igitur Articulus fidei de Christo, est, ipsum credere esse verum & unicum naturalem & cō substantialem filium Dei: & qui de hoc dubitat, damnabitur.

Dicitur Christus & est Dominus noster, quia nos ac quisivit precioso suo sanguine: eramus enim propter peccatum sub Dominio Sathanæ, qui dicitur princeps huius mundi, & regnum habet tenebrarum: at Christus sua morte vicit Sathanam, & spolium eius diripuit, Luce 11. & sic eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfluit in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus remissionem peccatorum & redemp-

tionem: non igitur sumus nostri iuris: nam magno

recio empti sumus, I. Corint. 6. & Dominus est no-

Coloss. 1.

bis factus Christus, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, ad Tit. secundo cap. Sic enim scriptura dicit: Christus mortuus est & reuixit, ut & viuentibus & mortuis dominaretur, Roma. 14. Et Psalm. 8. Gloria & honore coronasti eum, & constitisti &c. Sic quoque sanctus Thomas Ioan. 20. inquit: Dominus meus & DEVS meus, utrunque naturam confessus: Dominus, quia redemptor à Dominio Sathanæ: Deus autem, quia creator. Igitur sub illo Domino nostro Iesu Christo militamus & viuimus, & Diabolo ac pompis eius in Baptismo valediximus. Habet enim Christus regnum fidei, in quo ut Dominus præsidet super fideles, & illis distribuit dona ac protegit, donec omnis principatus euacuabitur & patri redetur, I Corin. 15. Propter illum Dominum nostrum Iesum Christum pater nos iustificat, & miseretur,

& pec-

& peccata condonat, Actorum 10. Preces exaudit, Ioan. 16. & vitam donat æternam, Ioan. 3. Igitur quid petierimus, hoc in nomine Domini nostri Iesu Christi petamus. Magna igitur consolatio turbatæ conscientiæ est, scire & agnoscere Christum Dominum nostrum & adeò potentem, quod vicerit peccatum Sathanam & mortem: adeò fortis, quod de omniproficulo nos saluare poterit: adeò gratum patri, quod omnes sibi subiectos & fideles in æternum seruare vult: Est igitur Dominus nomen potentissimum ac regnum eius, ut se consoletur fideles. Sic dicebat David Psal. 26. Dominus illuminatio mea & salus mea: a quo trepidabo? Dominus protecção vitæ meæ, &c. Et Psal. 22. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebô mala, quoniam tu tecum es Deus. Et quoniam Christus nos è regno Sathanæ liberavit, & in regnum suum posuit, ideo est Dominus noster.

3. Cōmunitissima nomina quæ habet filius Dei, sunt Iesus Christus, & hoc propter duo officia & operes quæ fecit & adhuc quotidie facit pro nobis: primo intercedens pro nobis apud Patrem orat, & officium sacerdotis facit, ideo Christus unctus dicitur: deinde quotidiè propter nomen suum, quia credimus in illum, ideo saluamur, & ob id Iesus, id est, Salvator, dicitur. Et primò tametsi Christus semel factale officium exercuit in cruce, semel se pro peccatis nostris offerens patri hostiam immaculatam, Hebræ. 5. & 7. quo unico sacrificio nos reconciliavit patri, sacerdos tamen dicitur in æternū Psal. 109. quia quotidie apparet vultui Dei pro nobis, Hebræ. 9. & ideo in cœlum ascendit, ut pro nobis oret, scilicet ut distribuatur nobis virtus istius sacrificij, ut propter ipsum nostrum misereatur, & condonet peccata, nos iustificet & purget à peccato. Et ideo dicitur Christus, quia noster unicus mediator est, 1. Tim. 2. & sacerdos, quia pro nobis patrē exorat: & nisi illa sacerdo-

L
sacerdot
haberem
nide Dia
mus cum
mus, ut p
bis pater
peccata i
um sa cer
tus: face
sic Christ
dos. Sice
vator: ita
quiens: V
faciet pop
alius est sa
tus Apo
men sub
in nomin
tem, qua
distribuit
omnis qu
æternam,
mortis C
saluantur
ties hoc n
pter illu
cupiam e
& remissi
& ideo di
na filij D
cis, pater

QV